V.ᵗⁱˢ P. P.ⁱˢ Fr. Franciscus de Posadas, Corduba, in Hispa
nia natus, in Conv.ᵗᵘ S.ᵗⁱ Dominici de Scala coeli habitum in
duit: Ab infantia coelestibus visionibus recreatus, futurae
Sanctitatis indicia praebuit: Angelum sub specie pueri S.ᵗⁱ Do
mini habitu amictus aspexit: Beatissimam Virginem (in somnis)
per fenestram in caelo radiantem vidit, varios que Rosarios de
pijssima manu pendentes, annuens ut Franciscus aliquo apprehen
so ad superos evolaret, at ipse, pedum summitatibus innitens,
extensis que in altum manibus, tam sibi quam aliis conabatur to
tis viribus providere, ut omnes cum ipso ad caelum mererentur
ascendere, quo somnio figurabatur, praedicatione sanctissimi Ro
sarii postea se ~~profuturum~~ fidelibus profuturum; nec fefellit even
tus, nam, nam expleto fere sexto decimo aetatis suae anno, in or
dine praedicatorum habitum suscepit, emisso que solemni profe
ssionis voto, post liberalium artium ac theologiae studia, in qui
bus non parvum sibi eruditionem comparavit, ampliori conn
atu ad sanctissimi patris sectanda vestigia totum se abdican
dum curavit, sic que in dies magis ac magis animum expre
sit, ut Franciscus, quasi redivivus Dominicus omnibus appare
ret, tantae fidelis sit, vita sui patris ab eo conscripta, ubi eius
spiritus cum ipso et; Noctes in ecclesia pene ducebat insomnes,
et ut Dei divini honoris iram placaret, se diris flagellis usque
dum terram ~~madidaret~~ sanguine madidaret, acriter vul
nerabat; longam magni que ponderis crucem, nudis pedibus,
in humeris baiulans, ad terram se iactabat, et ut corpori ali
quando somno indulgeret, ad durum lapidem, vel ad nodosum
lignum supra textas arundines positum, paululum quiesce
bat: ferrea catena erat praecinctus, cruce que ferrea ad
dorsum, altera vero ad pectus e collo pendente viriliter
se premebat: Ieiunii ultra novem ordinis a sanctae cru
cis tempore, usque ad Spiritus Sancti Pascha, integerrime
solvebat, et aliquando per triennium sola panis, et aquae
annona contentus; sic enim corpusculum in servitutem redi
gebat, et ut fortis armatus, custodiebat atrium suum, nec tamen
in omnimoda pace erant quae ~~custodiebat~~ possidebat; nam supra
modum tentatus, suggerente diabolo diversae mulieres impetum
fecerunt ad servum Domini, et adversus Christum eius irruentes
in eum ad labefactandam eius puritatem; et ipse sibi ipsi saepe
vim, in amore g.ᵈ Dei transformatus, adoria foris desideria, carnem
suam velut insensibilem redderet; et ut firmius spiritus diem
nitati teneret fastigia, humilitatis sectabatur ima; ideo nulla
re aeque laetabatur ac suo contemptu, magno que fruebatur gau
dio, cum propter Christum illi vulnerabant; hinc fuit quod cum semper
cum humani generis hoste bellum gereret, semper que de illo

De illo mirabiliter triumpharet, animas quas V.P. de manu eius
eruebat, in rabiem versus conabatur eripere, vel saltim eius fa
mam ledere, q̃ frequenter excogitauit. Sed sine fructu, nam pos-
tea Iustitia de cœlo prospiciens, veritas oriebatur reddens ~~ei~~ ei
duplicatum honorem; audiui tamen, quod cum rumor falsus per
uenisset ad aures V.P. interrogatus an ita res fuisset, ego tan-
one ~~###~~ dulciter sic afatur (non sine lachrimis) Crede mihi frater
mi, pro xpto persecutionem pati dulce est bellum, sed solis charissi-
mis Dei amicis concessum, unde me indignum tanti beneficii iudi-
co, ut merear pro nomine Iesu contumeliam pati: Oblatos sibi honores
in Archiepiscopatu Alguer, et Gaditano, mira animi modestia, ac
humilitate declinauit; solitus dicere sibi gratum fore, alienas
oves pascere, et oneri non parcere, sed honori; unde salutis ani-
marum sitientissimus, die, noctuque æstu urebatur et gelu; fuga-
bat que somnium ab oculis suis, ut grex domini pinguia pascua
inueniret, ideo que beneplacitum fuit Deo habitare in eo
tum in consiliis, in concionibus, tum in confessionibus audiendis ma
xime; nam si forte aliquis fucato animo ad tantum sacra
mentum accedebat: aderat Cœli Regina quasi sugerens a dex
tris eius, ut doctrix disciplinæ Dei, et electrix operum illius
quam servus Dei amauit, et exquisiuit uberrime sua; qua
duce cordium perscrutabatur arcana, defluebant lachrimæ ab
oculis eius, aliena, ut propria peccata plorans, sic que doctrinæ
panes cum fletu miscebat, usque dum abdita in lucem pan
deus, ad penitentiam sublevarentur corda, sic enim exibant
ab eo, et reddibant clamantes, Benedictus qui venit in nomine
Domini; ora que omnibus factus, ab omni acceptionis ~~labe~~ persona
rum labe immunis fuit, grabis nulli; utens amico ad gratiam
inimico ad patientiam, ad benebolentiam cunctis; et quibus po
tuit (etiam in temporalibus) ad beneficientiam: Vir fuit plane
Apostolici pectoris, fidei que columen contra huius temporis heresios
maxime que adversus quemdam Michaelem de Molinos perditionis
fillium, de quo, egregio volumine, demonis fallaces artes ostendens, cum
incredibili animarum fructu, mirabiliter triumphabit. Sed infati
gabilis diuini nominis preco, vere Euangelii tuba fuit, ubi ipsa
flante domino spiritu oris sui intonuit de celo, et altissimus dedit
vocem suam ~~adeb~~, ut ignitum eloquium eius, n̄ solum faciem sua
am radiantem redderet, sed audientium corda, et si saxea uehe
menter inflammaret innumerabilium fidelium, ad penitenti
tiam, et multorum Iudeorum, et sarracenorum ad fidem:
Mens eius uiuida ac illuminata, voluntas semper in domino
afecta, pro pose huius vitæ fruebatur Dei presentia; et iam
senex factus, cepit seraphicis ardoribus estuare, celestibus angelo
rum visionibus recreari, sic que magnam vim lachrimarum
efundebat, maxime, cum sacrificium missæ per agebat, et cum
tam eximie esset virtutis, adeo ~~sui~~ in omnibus supernatabat humili
tas; ut in oculis suis, nil boni appareret, unde magno uela

affirmabat, nil virtutis in toto Vitæ suæ egisset, nec mi-
rum nam sic extra se raptus, et subtus increatam lucem
demissus, nil creatum agnoscebat, possidendo in vera
paupertate, Virtutem summam: tandem plenus bonis
operibus, cum die vigesima septembris sacrum perageret
et de more in Confessionario sederet, ubi sanctis consiliis et
exortationibus suos filios in xpto reficiebat, prope meri-
diem incidit in morbum, et circa primam illius di-
ei noctem, in osculo domini placentissime animam Deo
reddidit; anno salutis, millesimo septingentessimo decimo ter-
tio; etatis suæ ~~ut~~ fere sexagesimo nono: fuit Vir in
vita, et post mortem miraculis Clarus, Spiritu Prophe-
tico futura predixit, cordium secreta penetrabat et
discretionis spiritus, et in~~pet~~terpretationis sermonum dono
pollens: tumulatus fuit a nobilissimo Senatu Cordubensi
non minus pie quam magnifice, in Regali Conventu San-
cti Pauli suui Ordinis =